

LIBER

rum sunt expositæ, In hoc oportere de inuentiõibus aquæ, quasq; habeat in locorum proprietatibus uirtutes, quibusq; rationibus ducatur, & quemadmodũ item ea probetur scribere. Est enim maxime necessaria, & ad uitã, & ad delectationes, & ad usum quotidianum. Ea autem facilius erit, si fontes erũt aperti, & fluentes, Sin autem non profluent, quærenda sub terra sunt capita & colligenda, quæ sic erunt experiunda, uti procumbatur in dentes, antequã sol exortus fuerit, in locis quibus erit quærendum, & in terramento collocato & sulcato prospiciãtur ea regiones, Sic enim non errabit excelsius q̃ oporteat uisus, cum erit immotũ mentum, Sed ad libratã altitudinem in regionibus certa finitione designabit.



Tunc in quibus locis uidebuntur humores se con-
 crispãtes, & in aera surgentes, ibi fodiatur, Nõ enim
 in sicco loco hoc signum potest fieri, Item animaduer-
 tendum est quærentibus aquã, quo genere sint loca,
 Certa enim sunt in quibus nascitur, In creta tenuis
 & exilis